



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput IV. Idem Archiepiscopo (a) Bracharensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

legitur planè distinctum ab iis, quæ B. Pauli solennibus adscribuntur: quod evidenti argumen-
to est, duas Missas corundem Sanctorum natali-
die confici solitas esse. Cujus rei simile argu-
mentum colligere licet ex B. Gregorii antiphonario,
diversam Missæ antiphonam utriusque Sancto præfinitam: quod ipsum facit liber Sacramen-
tum B. Petri Missæ orationem aliam aliam S. Pauli
enumerat. Idem S. Gregorius eod. lib. antiphonar.
Missarum quæ die festo S. Joannis Apostoli con-
ficiabantur, mentionem faciens, primam, & se-
cundam nominat. Quare clare significat, duas
eo die Missas peractas esse. Gregorii verba hæc
sunt: *Sancti in prima Missa antiphona: Ego autem
sicut oliva, &c. In secunda antiphona: In medio
Ecclesie. Liber etiam Sacramentorum orationem
unam, quæ albescere die; alteram, quæ plenâ
luce retinabatur, enumerat, ad duplcem hanc
eiusdem diei Missam alludens: VI. (inquit ille)
Kalend. Jan. id est XXVII. die mensis Decembris:
natale Sancti Joannis Evangeliste in primo mane:
DEUS qui per os B. Apostoli tuavit Joannis, &c. In
die: Ecclesiam tuam Domine, &c.* Quæ Gregorii
testimonia ad utrantique Missam demonstrandam
pertinent. De Missa vero, quæ primâ luce offe-
rebatur, præter Rodolphum Tungensem cap. 23.
meminuit Amalarium Fortunatus de Ecclesiæ offic. lib. 2.
cap. 2. his verbis: *Similiter habemus officia confi-
tata in festivitate Joannis Evangelista, & Joanni-
ni Baptista primo dilucuto: qui utriusque ex utero
matris, id est ab accepto lumine hujus mundi, in
semetipuis sacrificium singulare quoddam Deo obnu-
lerunt. Joannes Evangelista obtulit ab initio hujus
lucis virginitatis sacrificium, Joannes Baptista sacri-
ficium abstinentia, qui nec vinum bibit, nec sice-
ram, & Nazareus permanxit omni tempore. Hæc
ille, quæ ut Sancti Joannis Apostoli duplcent
Missam ostenderemus, allata sunt in medium.
Verum si recte considerantur, insuper declarant
in B. Joannis Baptista natalitiis veteres sa-
cram liturgiam Deo bisobtulisse. Dicimus au-
tem argumentum ex eo, quod vox, similiter, co-*

puulanda est cum verbis superioribus, quæ plu-
res Christi nati Missas ostenderat, sicut cum
consulentibus locum perspicuum est; & quia
ibi appetentis diei Missam recenset, præterquam
aliam quoque celebratam esse, adducit ut cre-
dam, tum propter Sancti illius dignitatem, &
excellentiam, tum præcipue quia solennioribus
annis diebus horâ tertia Missæ celebrantur, ut
alibi ostensum est. Sed cur conjecturas sequor
dum aperta testimonia suppeditum? Innumeræ
sunt auctoritates, ex quibus id elicere, probari
que possit. Sed ego illustrioribus tam immo-
rabor. In Lectionario quidem S. Hieronymi, dum
B. Joannis Baptista Missæ recensentur, hec scri-
pta sunt: *In vigilia S. Joannis Baptista Letitiae
Hieremie Prophetæ, &c. Evangelium secundum
Lucam. Item alia lectio in prima Missa Eflatæ Pro-
phetæ, &c. Evangelium secundum Lucam, &c.
Item in die fando lectio Esaie Prophetæ, &c.
Evangelium secundum Lucam, &c. Ordo Roma-
nus de divinis officiis, ibi: *In natali S. Joani-
ni Baptista ideo tres Missæ celebrantur, id est una
in vigilia ejusdem, due in die natus eius, quia
tribus triumphis resulst insignis, id est officio Pre-
cursoris, Baptista ministerio, & quia Nazareus
ex utero matris permanxit. Probant, & ita expli-
cant Yepes in chron. D. Benedicti cent. 5, anno 955; Baroniūs in Martyr. die 24. Iunii, Vicecomes
de Missa ritibus, dict. lib. 3, cap. 28. eti aliter
prædicta testimonia accipiunt. Azor tom. 2
lib. 1. cap. 25. qnaest. 1. Theophilus Raynaud.
tom. 10. tract. de gladio & pilo fol. 50r. Hodie
que in regno Valentini sacerdotes bis in die com-
memorationis Defunctorum Missam celebrare,
refert Trullench. in eodem regno scribens, lib. 3.
de Sacram. cap. 8. dub. 10. num. 3. Sacerdotis ergo
extra causas in jure permisso celebrantes graviter
puniri per Inquisidores hereticæ pravitatis, ad
quos pertinet hujus delicti punicio, ex Alfonso de
Leon. refert Hieronymus Garcia de excellent. Sa-
cerd. difficult. 2. dub. 5. num. 2. Quintanadvensas
tom. 1. singular. tract. 4 singul. 10. num. 4.**

C A P U T IV.

Idem Archiepiscopo (a) Bracharenſi.

Consilium nostrum. (b) *Et infra:* Insuper requisisti, utrum in diebus (c) profectis,
in quibus (d) ad honorem Sancti Spiritus, Beatae Virginis, & Sanctæ Crucis cele-
brare contingit, Hymnus (e) Angelicus, (f) Symbolum, ac (g) Præfatio propria debeant
decantari, præsertim eum in partibus tuis in honorem Beatae Virginis, in Sabbathorum
diebus Missa solenniter celebretur. Ad quod utique respondemus, quod apud nos
in diebus profectis, eum Missarum solennia celebrantur in honorem Beatae Virginis,
neque Hymnus Angelicus, neque Symbolum decantatur; licet in Missa propria
Præfatio decantetur, ut inter commemorationem, & solennitatem differentia ostenda-
tur. Unde (h) Te Deum laudamus, regulatius dimittitur, quam dicatur in Laudis
matutinis.

N O T A E:

(a) **B**racharenſi.] Ita etiam legitur in tertia col-
lectione, sub hoc tit. cap. 2. De Bracharenſi
Lulitania Metropoli plura adduxit in cap. coram, de
in integr. restit.

(b) *Et infra.*] Alia pars hujus textus extat in
capite consilium, de obser. jejun.

(c) **P**rofessis.] Sicut festi dies dicuntur illi,
qui Deo dicati sunt, ita profecti appellantur
illi, in quibus laborandum est. Macrobius lib. 1.
Saturni, capite 16. ubi ait: *Festi dies sunt Diis
dicati; professi hominibus, ob administrandam
rem privaram, publicamque concessi.* Nonius
Marcel.

Marcellus eos appellat à festivitate vacuos,
Unde Plautus in *Aulul. action. 2. scen. 5.* ait:
*Festo die si quid prodegeris, profecto egere licet, nisi
peperceris.* Vulgo nos ferias dicimus, ut jam no-
tavi in cap. 1. de *treng & pace*, & exponunt hujus
vocis etymologiam Cironius in cap. 2. hoc titul.
Vicecomes de ritibus Missar., volum. 3. libro 3.
cap. 10.

(d) *Ad honorem.*] Ex voto videlicet ipsius cele-
brantis, vel illius, qui audebit: de quibus Missis voti-
vis egi jam in cap. 2. hoc sit.

(e) *Angelicus.*] *Gloria* videlicet, ita dictus hic
hymnus, quia per Angelos compositus, &
decantatus fuit in natali Domini nostri IESU
Christi, *Luca cap. 2. vers. 14.* Ideo ab Apostolo-
rum tempore semper in Missis festivis dicitur,
cap. nocte, de consecr. dist. 4. tradunt *Amalarius*
Fortun. lib. 3. cap. 8. *Rupertus lib. 2. cap. 21.*
Omittitur autem in diebus feriarum, & vigilia-
rum, ne in diebus planctus, & tristitia, gloria
memoria resonet; exceptus tamen vigilis inter-
cedentibus à Pascha Resurrectionis ad Pentecosten,
ex ratione adducta in lib. gemma anima,
lib. 3. cap. 85. In Ecclesiis autem Bethlemitanis,
qua ibi ab Angelis decantatus fuit hic
hymnus, in omnibus diebus, etiam feriatis dicitur;
in Missis etiam votivis, cum officium dicatur fe-
riale, & in Laudibus omittatur *Te Deum lauda-*
mus, non dicitur hic hymnus, ut in praesertim Ita-
tum, & docent Herrera a decameron. *Missar. lib. 2.*
cap. 6. Suarez 3 p. de Sacram. disput. 8. sect. 1.
Guicciardus de festis Sanctorum lib. 4. de Missis voti-
vis, cap. 22. P. Herrera tom. 3. de sacrific. Missar.,
disput. 28. sect. 52. In domo autem Lauretana
etiam in Missis votivis B. Virginis Mar. dicitur
hymnus hic ex privilegio, quod refert Herrera
ubi supra.

(f) *Symbolum.*] Cuius etymon, & auctores re-
tuli in apparatu ad hæc commentaria. Dicitur in
Missis solennioribus, quas enumerat P. Herrera de
ceremon. *Missar. lib. 2. cap. 22.* unde in feriis, & aliis
minoribus festivitatibus non recitatur: quare re-
cte in præsenti Innocentius docet, in Missis votivis
symbolum hoc non recitari.

(g) *Prefatio.*] Canticum hoc, quod dicimus
Prefatio, jam à temporibus Apostolorum adje-
ctum fuit in sacrificio Missar., ut constat ex D.
Clement. lib. 8. confit. cap. 16. & ex Liturgia
S. Petri, quæ extat tom. 1. Biblioth. Graco-Latin.
immò olim pro omnibus Missis diversa prefatio
erat à piis viris composta: & quia hæretici ali-
quas prefationes corruerant, cautum fuit in
Concilio Carthag. 3. can. 23. Milevit. can. 12.
ut tantum ea prefatio cantaretur, qua ab Ecclesie
eset approbata. Novem prefationes suo tem-
pore usitatis suffit refert Gelasius in cap. inven-
imus, de consecr. dist. 1. & temporibus Urbani II.
per annos 1095. ex prefationibus compotitis à
Gelasio desumpta fuit prefatio B. Virginis Mar.,
quam refert Herrera dist. lib. 2. cap. 26. Illud sum-
mè notandum est, quod licet in Missis feriilibus,
& votivis Hymnus Angelicus & Symbolum Apo-
stolorum omittatur; tamen Prefatio in omnibus
Missis recitari debet, ut cautum fuit in Concilio
Valensi 2. can. 4. ibi: *In omnibus Missis feriatis*
et votivis *quæ pro Defunctorum commemoratione sunt sanctus, sanctus,*
sanctus eo ordine dicatur, quo ad Missas publicas
dici debet.

(h) *Te Deum.*] Hæc verba non extant in dicta
tertia collectione, verum autem est, hoc canticum
à Sanctis Ambroso, & Augustino compositum,
non dici in officio feriali, quia hoc officium non
laetitiam, sed laetum, & pœnitentiam continet.

CAPUT V.

Idem Clericis S. Petri de (a) Magdaloni.

Ex parte vestra. *Et infra:* Insuper postulasti, quomodo Sacerdos in Missa perfunde-
re debeat, perlitteras Ap edoceri. Ad quod taliter respondemus, quod semper
Sacerdos vino perfundere debet, postquam totum perceperit Eucharistie sacramentum,
nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare, ne si forte vinum perfusionis accipe-
ret, celebrationem aliam impeditet.

NOTÆ.

(a) *M*agdaloni.] Ita legitur in tercia collectio-
ne, sub hoc nr. 6. 14. in hac sexta legitur
Magdaloni, sed cum hæc epistola non repeteretur in-
ter editas à Sirleto & Bosquero, certò cognoscere
non possumus quibus clericis Innocentius in præ-
senti rescribat.

COMMENTARIUM.

Ex hoc textu sequens communiter deducitur
assertio: *Sacerdos* debet *jejunus* *Missam celebra-*
*re, & si aliam missam est dicturus non debet post sum-
ptam Eucharistiam vino perfundere in calice. &*
sumere. Probat Concilium Oxoniense can. 1.
ibi: *Si autem contingat duas Missas celebrare, sta-*
tutius ut presbyter postquam Dominicum Corpus
sumperit in altari, si in eodem die Missarum solennia
D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

ipsum celebrari potest, iterato vīnum calici insu-
sum, vel digites superflūsum, sumere non præsumat. Et
cap. 6. ibi: *jejunus* hoc tit. cap. in sacramento, de
consecr. dist. 1. cap. aliquando, de consecr. dist. 2.
Concil. Trull. can. 29. Coœl. Hippo. nr. can.
20. ibi: *Ut a jejunis altaria sacramenta celebren-*
tur. Brachar. 2. can. 10. Cogovimus quosdam
presbyteros in bujus præsumptionis audacia reti-
neri, ut Missas mortuorum etiam post acceptum
merum, vel oblationem autem sint consecrare: ideo-
que hoc prædicta evidenter sententia admonitione
servetur, ut si quis presbyter post hoc edictum no-
strum in hac velania fuerit deprehensus, hoc est, non
jejunus, sed quocunque jam cibo præsumpti obla-
tionem consecraverit in altari, contumaciam ab officio
suo privatus, à proprio deponatur Episcopo. Ma-
ticon. 2. can. 6. ibi: *Item decernimus, ut nul-*
lus presbyter consertus cibo, aut crapulatus vino
sacrificio contrectare, aut Missas privatis, festis,
Eccc 2. diebus